Queſtiones euãgelioꝝ tam
de tempore q̃ de ſanctis collecte
per . R . D . Joh . de turre cremata
epm ſabinen . ſancte Romae ec-
cleſie Cardinalem ſancti Sixti
Incipiunt feliciter

Sacro et colendiſ-
ſimo reuerendiſ
ſimorũ patrum
ſancte romane
eccleſie domino
rum cardinali-
um collegio ſuus humilis ſerui
tor Joh . de turre cremata Epus
ſabinen . ſancte romane eccleſie
cardinalis ſancti Sixti vulgari
ter nominatus ſeipſum cũ hu-
mili recõmendacione . Cogitanti
mihi quid de ſudoribus mei ſtu-
dij dignum ampliſſimis domi-
nacionibus veſtris tanq̃ memo
riale offeram . attento q̃ omni-
bus ſummis noſtri temporis põ
tificibus varia dedicauerim opa
ſcilicet Eugenio Nicolao Calix
to Pio et Paulo nũc preſenti oc
curriſſet mihi illa honeſtiſſima
prelatorum cõſuetudo qua poſt
refectionem eorum . maxime in
prandio habitam collacões ſi
ue diſputaciones de ſacris litte
ris ſoliti ſũt habere . Vidi enim
apud plures clariſſimos patres
cõſuetudinem hanc obſeruari .
Et de celeberrimo ſancto Augu-
ſtino legitur q̃ in mẽſa ſua lec-
tionem aut diſputacionem ſem

per diligebãt . diſputacio enim
inueſtigãde veritatis gracia aut
vt veritas ipſa illuſtrioꝛ fiat lici
te cum moderamine inter p̃tes
admittitur . Sane viſa eſt mihi
hec dominoꝛum prelatorum ob-
ſeruancia plurimum habere ho-
neſtatis et vtilitatis honeſtiſſi-
ma quidem eſt et ordo pulcherri
mus : vt poſtq̃ corpori cibos cor
ruptibiles dedim⁹ ita anime ſpi
ritualia alimenta miniſtremus
nullus enĩ ẽ cib⁹ ſcia ⁊ doctrinã
dulcioꝛ Nam vt ait Yſidorus no
ſter ſcripturarum ſanctarum al
titudo quaſi montes paſcue ſũt
ad quos cum quiſq̃ iuſtoꝛũ cõ-
ſcenderit paſcue indeficientis . re
fectõnem inueniſſe ſe gaudebit
Quo circa ſic nos hortatur cla-
riſſimus Ambroſius . tu ergo ede
ſcripturarum celeſtes cibos . ede
vt permaneant tibi in vitã eter
nam . ede continue vt nõ eſuri-
as . ede vt repleatis , ede vt ver-
borum celeſtium eructes ſaginã
ſpirituales epule nõ obeſſe ſolẽt
ſed pdeſſe ſaciatis . Plane bene
prelatis cõgruit honeſtiſſimum
huiuſmodi exercitium quib⁹ do
minus ait . Vos eſtis ſal terre .
vos eſtis lux mundi . debet autẽ
epus tanta pollere ſapiencia . vt
dicit Ambroſius . vt nõ ſolũ cre-
ditum ſibi populum ſufficienter
doceãt . verũeciã in ceteris queat
hereſum cõtradictiones a catho-
lica repellere eccleſia . Ceterum

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vtilis eſt predicta obſeruancia:
quia mentem diſponit ad perfe
ctionem virtutis. Unde Dama-
libro. iiij. inquit optimū eſt et vti
liſſimū inueſtigare diuinas ſcri
pturas et ſicut eſt lignum ſecus
decurſus aquarum plantatū ita
anima diuina irrigata ſcriptura
impinguatur et fructū tēporane
um tribuit et ſemp virēt ab9 fo-
lijs deo acceptabilib9 decoratur
actionib9 et infra. pulſemus er
go in optimū paradyſum ſacrarū
ſcripturarum qui odoriferus qui
dulciſſimus qui ſpecioſiſſimus
eſt. Secundo vtilis eſt ad illu-
minacōnē intellectus. Dicit em
Yſidorus noſter. geminū donū
cōfert lectio ſacrarū ſcripturarū
ſiue q intellectū mentis erudit-
ſiue q a mūdi vanitatib9 abſtra
ctum hominē ad amorem dei per
ducat. Tercio vtilis eſt qm per
eam amputātur aliqua in que
ſepe poſt refectionem corpalē lin
guā indiſciplinata prorūpit ſcili-
cet murmuracōnis et detractio-
nis verba ſupfluitas locucōnis
leuitas operis et ſimilia. que om
nia vitātur cum perſolutis gra-
ciarum actionib9 deo. aliqua de
ſacris lrīs ſequitur diſputacio ſi
ue collacio quib9 penſatis nihil
michi in mente dignius ſe ob
tulit veſtris. R. d. per me offeren
dum. q̄m queſtiones quaſdam
de euangelijs omniū dominica-
rum ac feſtorū principaliū totius
anni. quaſi ingenio meo tenui.
non tamē ſine magno labore ac
veſtrarū. R. d. amore collegi ſub
numero. ccc. xvij. Amplexus āt
ſū q̄ſi. in omnib9 ſancti Thome
dicta nam eius profundior in-
firmiorq; eſt ſentencia. Abſti-
nui etiam a queſtionib9 et ſubti
litatibus inutilibus et obſcurio
ribus argumentis planioribus
contentus. tum quia religioſo in
tellectu nobis opus eſt vbi aut
maxime de deo loquimur vel au
dimus vt inquit Ambroſius tū
quia inter prelatos pauciores
ſunt qui ſacre theologie profun-
dioribus rebus operam dent ſtu
dij. Sequimur autem ordinem
euangeliorū tā dominicarum q̄
feſtiuitatum ſcḋm vſum fratrum
predicatorum quia nobis racio-
nabilior viſus eſt. Suſcipiat er
go. v. R. d. hoc exiguū munus
paruumq; opuſculum in ſenio
meo pro omnium vtilitate exi-
guis meis viribus elaboratum
q vtinam tanta beniuolēcia ab
eis ſuſcipiatur quanta cum affe
ctione ſit inſudatum. poterit ob
ſeruari libellus iſte in manibus
Reuerendiſſimi domini Rotho-
magen. qui pro ſua dulciſſima
humanitate copiam preſtabit
cupientibus ſcribere. Recōmen-
do me. d. v. R. quas longo tem-
pore ad felix vniuerſalis eccleſie
regimē deus cōſeruet